



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 1. Cæsar is oratores ad Julium III. neoelectum Papam ablegati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)



# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ *LIBER CXLVI.*

\*\*\*

JULIUS III. PONT. MAXIMUS,  
CAROLUS V. IMP. OCC.

## §. I.

*Cæsaris Oratores ad Julium III.  
Neo-electum Papam ablegati.*

**C**um Synodi restauratio per Pauli III. Sæcul. XVI.  
obitum magis expedita reddere- A.C 1550.  
tur, atque aliunde Julius III. ejus- *Pallav. hist.*  
dem Successor juramenti Religione sese *Concil. Trid.*  
*cum lib. II. c. 8. n. I.*

Sæcul. XVI. cum ceteris Cardinalibus obstrinxisset,  
A.C. 1550. quod interrupta Concilii negotia rur-  
Anton. de fus prosequi vellet, hinc Cæsar totus  
Vera hist. du etiam in eo erat, ut pacem Imperio  
Charles V. redderet, ipsosque insuper Protestantes  

*p. 270.*

eo adigeret, ut se se tam augusti con-  
 ventus definitionibus submitterent. Ea-  
 propter vix novi Pontificis electionem  
 in Flandria edoctus, confestim Ludovi-  
 cum de Avila supremum Ordinis Al-  
 cantarini Magistrum nominabat, dato  
 negotio, ut Cæsar's nomine submissio-  
 nis obsequium eidem præstaret, obtenu-  
 tumque Pontificatum gratularetur, præ-  
 cipue vero de Synodi, cuius conti-  
 nuationem, ac prosperum exitum Impe-  
 rator peroptabat, negotiis cum novo  
 Pontifice ageret.

## §. II.

*Pontificis consilium de restauranda  
Synodo Cæsari manifestatum.**Pallav. l.c.*

Hunc Oratorem recens electus Ponti-  
 fex non sine ingenti lætitia exci-  
 piebat, officiosamque Cæsar's salutatio-  
 nem singularibus benevolentiae signis  
 compensabat, quamvis ceteroquin de  
 Concilii rebus tunc parum fuisse actum  
 videatur, eoque novus Pontifex vix  
 electus jamjam Franciscum Toletanum  
 Caro-